



Patroni splendidissimi.



Um optima ZITTAVIA variis gratulantium officiis perstrepat, idem hoc sinceræ pietatis studium à me non fuerit alienum, quem, si minus natiuitas, educationis tamen beneficium, Zittaviensem dixit. Gaudent omnes, à DEO monstrari Viros, qui STOLLIO succedant & GIRISIO. Sed simul gaudent in Vobis extare virtutum ac meritum specimina, quibus ornamentis carere non debet conspicua hæc dignitas. Hoc præsertim seculo, quo prodesse nulli solent, nisi quos experientiæ, prudentiæ, vigilantia, quin & humanioris elegantia novus nitor ultra priscam Majorum simplicitatem & securitatem provexit. Neque desunt causæ, cur ad scribendum nunc properet calamus meus. Omen habetis, in quo Patriæ gratuler, omen in quo dilectissimus Parens meus gratulandi suam pietatem libens ac lætus repetat.

Tu, Nobilissime KAPSI, faustum felicissimæ civitatis omen es. Ut enim superioris seculi prima confinia nobilitavit optimæ recordationis Avus PETRUS KAPSIUS, anno MDC regimen aggressus, anno seculi primo digressus: Ita secularem & verè jobelæam nobis memo-

ri-